

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241991-p0001-7

Sammelband von Diss




U.q.19,5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241991-p0002-2

DISPVTATIONVM
PROCESSVS IVDICIARII
QVARTA

# DE FERIIS, DILATIONIBVS, EXCEPTIONIBVS ET SATISDATIONIBVS.

QVAM

*Ex iur. Civ. Cano. Feudal Saxo. Ordin. Cam. Imp. ac receptis in foro opinionibus deſumptam,*

ET

Divino aſſulgente Numine

SVB PRÆSIDIO

*Nobiliſsimi & Ampliſsimi Viri,*

Dn. ARNOLDI DE REYGER IC. clariſs. & in florentiſsima Academia Salana P. P. P.

*Publicè à ſe exhibitam, propugnabit*

HENRICVS RICHELMIVS
Gottingenſis Saxo.

*Ad IV. Kalend. Auguſt. horis matutin.*

IENÆ
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
ANNO cIɔ Iɔ XCV.

*Magnifico, Nobili & Ampliſsimo viro,*

DN. IOANNI IAGEMAN &c. ICto celeberrimo, Cancellario & Conſiliario Brunſuicenſi meritiſsimo, patrono ſuo plurimum obſervando

*Hancce diſputationem devotè inſcribit ac nuncupat*

*Reſpondens.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241991-p0004-4

*DISPVTATIO*
*Quarta.*

# DE FERIIS, DILATIONIBVS, EXCEPTIONIBVS, ET Satiſdationibus.

## *CONTINVATIO.*

Diſputatio ſuperior ſatis luculenter de libellis & reconventione egit: Cum verò actione & inſtrumentis ab Actore Reo editis, inducias Reus petere conſueverit; eæ autem, vel à Lege (ut feriæ:) vel à Iudice (ut dilationes) dentur: ideò conſequenter de his nunc diſpiciendum erit.

*VVeſenb. in parat. num. 11. de fer.*

## THESIS I.

FERIAE A FERIENDIS HOSTIIS (ut volunt *a*;) ſic dictæ, olim & Iuſtitium *b*, & Nefaſti dies *c*, ſunt ſtrepitus Iudiciarii quies, & eius, quod agendum eſt, facta ſuſpenſio *d*. DE FERIIS

a *Gell. noct. Attic. 4. c. 6. VVeſ. in parat. ff. hic num. 2. Feſtus* à ferendis victimis. b *Idem Gell. 20. c. 1.* c *Ovid. in faſt. Cot. 16. 3. Miſcell. 18. n. 11. Azo* Ferias *quaſi* forias *dici putat, ſcilicet quod extra* forum *(quod à* ferendo *dictum eſt Varro de ling. lat. lib. 1. Diſſ. Iſidor. in c. forus ext. de V. S.) immunitatem præbeant, in ſumm. C. hic.* d *Cuiac. in parat. ff. h. t. Viros enim feriis vocare* piaculum *erat Macrob. 1. Saturn. c. 16. poſt. Varron. de ling. lat. lib. 5.*

II.

Quæ ſunt vel ſolemnes, vel minus ſolemnes *a*. Illæ quæ legibus definitæ, quotannis recurrunt, unde & ordinariæ dicuntur *b*. Eæq; rurſus vel divinæ, Maieſtati altiſsimæ dicatæ *c*; vel humanæ, quæ rebus profanis inſerviunt *d*.

a *l. dies 11. C. h. t. & l. 1. 3. ff. eod. Sichard. ad l. 3. n. 8. C. de dilat.* b *Vultc. 2. iurispr. Ro. c. 30. Althuſ. 2. c. 21.* c Puta dies Dominicus, dies Paſchatis, Natalis Domini & Epiphaniæ; Præterea ſeptem dies qui præcedunt, & ſeptem qui ſequuntur. *l. 2. C. h. t. plures vid. in l. 8. & ult. C. d. t. c. fin. ext. eod. c. 1. diſt. 3. c. rogationes de conſecrat. c. placita. 15. q. 4.* d tempore meſsium & vindemiarum, *l. 4. ff. h. t. adde* Landr. *lib. 1. c. 4. in gl. col. 13. & lib. 2. art. 10. in gl. lib 3 art. 26. in gl. fin.* An & ſeminum ſpargendorum? *vid. gl. in l. 1. C. de Agricol. & Cenſit. Coſtal. ad l. 1. hic n. 9.* utiq; & tempus nundinarum rectè huc referes, *l. 2. ff. de Nundin. & l. un. C eod.*

III.

Minus ſolemnes (quas extraordinarias rectè dixeris) ſunt, quæ caſu ita ferente, à ſolo Imperatore *a*: hodiè etiam à principibus *b*, & liberis civitatibus *c*, ſuis in territoriis indicuntur, quæ, cum nulla earum certa lex aut tempus eſſe poſsit, repentinæ meritò appellantur.

a *Unde* Imperiales *l. 3. C. h. t. Macrob. d. lo. confer. l. 26. §. ſi feriæ ff. ex quib. cauſ. maio. ob res præclarè feliciterq;, aut ſecus, geſtas, &c. gl. not. in verb. ob neceßitates Clement. ſæpè de V. S. Gail. 1. obſerv 53. num. 16. & ſeq.* b *Gail. 1. de pac. pub. c. 6. num. 10. Coler. de proceſſ. execut. p. 3. c. 7. num. 29. & ſeqq.* c *Gail. d. lo. n. 11. Olim & aliud genus feriarum, quas* Latinas *vocarunt*, regnante Tarquinio Superbo, *in uſu fuit, de quibus vid. Halycarnaſſ. lib. 4.*

IV.

Quamvis autē lites curſim expediri publicè interſit *a*: His tamen feriis adeò quieſcere debent iudicia *b*, ut niſi partes expreſſè eis (quod tutius eſt *c*:) renunciarint proceſſus minimè teneat, Were der Proceß nichtig / vnnd alles was daraus folgete / Vrtheil oder anders krafftloß *d*.

a l. 6.

a l.6. § 4. C. de poſtuland. l. properandum C. de iudic. c. Iurgantium ex. de ſentent. & re iudic. b l. 1. ff. h. t. l. ult. C. de iud. An idem obtineat in compromiſsis quod in Iudicijs? *Affirm. Abb. in d. c. fin. ext. de fer.* ſecus in Arbitratore & amicabili compoſitore, *l. veluti pro ſocio, l. fideicommiſſa. 46. §. quamquam de fideicommiſſ. libertat. c. 1. de fer. Specul. in tit. de Arbitr. §. fin. vers. in form. Ioan. Andr. & Abb. in d. c. fin.* c *Specul. in tit. de Citat. §. 1. vers. quid ſi reus citatus Lanfr. in d. Cle. ſæpè in 7. col. circa med vid. diſp. 2. th. 21.* d *Alex. de Imol. cons. 333. incip. viſo proceſſu in fi. in vers. ex quib. in 2. vol. Vant. de nullitat. ſub rubr. ex defect. Iuriſdict. n. 129* Landrecht. *lib. 2. art. 11. in fine* Chil. *Konig. in proceſſ. p. 1. C. 41.*

V.

Renunciare poſſunt illis, quæ ſui intuitu & favore introductæ ſunt. Vnde conſtat feriis divinis *b*, itemq; repentinis *b*, privato pacto præiudicium fieri non poſſe. An verò ſtatuto, aut conſuetudine utilis eſt quæſtio *c*; vel ſi neceſsitas cogat *d*, vel pietas id ſuadeat *e*? Vtiq; his modis omnib. proceſſum habilitari, rationibus innixi bonis ſuſtinebimus.

a *d. l. 1. §. 1. l. 6. h. t. l. publicas 5. C. eod. l. cuſtodias 12. de pub iud. Menoch. 1. arbit. iudic. qq. cent. 1. caſ. 30. n. 11. Zang. tr. de except. p. 2. c. 6, num. 5. & ſeq. Specul. in tit. de except. §. 1. col. 7. vers. item excipitur quod facta eſt. Idem in tit. de fer. §. ſequitur. Felin. in c. ſi diligenti de for. compet. in 5. col. ver. quartum Correll.* b *l. omnes. l. nullo. C. h. t. Hoſtiens. in ſumm. hic. §. fin. in pr.* æquiparantur enim feriis inhonorem Dei inductis, *gl. in d. Clem. ſæpè. Gail. 1. pract. obs. 53. n. 8. & 16. Vant. d. lo.* c *Marant. p. 4. in rubr.* Validum an invalidum, *n. 87. Bald. in l. milites in ult. col. C. de teſta. milit. in ver. ſecundo ponamus* d quia res tempore peritura erat, *&c. l. 1. 2. & 3. h. t. l. 1. de damn. infect.* hinc rectiſsimè Scævola conſultus, quidnam feriis agi liceret, reſpondit, Quod prætermiſſum noceret. *l. ſi feriatis de recept arbitr. hoc tamen ita intellige, ut lis ſolum conteſtetur l. Senatusconſultum 16. de offic. præſid. Bocer. diſputat. 7. th. 11.* e quia cauſa eſt miſerabilium perſonarum, *&c. arg. c. utinam diſt. 76. & c. nunquam diſt. 5. Abb & Ce. in d. c. fin. de fer.*

## VI.

Sic quoq; actus extraiudiciales, & qui ſunt iuriſdictionis voluntariæ *a*, Criminalia item *b*, & Appellationes *c*, quarum tempora ſunt continua, hic dierum diſtinctionem adeò ſtrictè non attendere planum eſt.

a *l. actus C. h. t. l. 2. & pen. de Salv. interd. Alciat. 6. parerg. Maran. p. 4. n. 86.* b *Bart. ad l. ſolet 3. h. t niſi ut in l. quadraginta C. eod. Cuiac. c. 11. de præſcript. Hinc latro inſignis & manifeſtus poteſt quolibet die etiam feriato ad furcas mitti, tex. l provinciarum C. h. t. vid. artic. 66 lib. 2.* Landrecht. c *l. 1. C. h. t. Felin. in c. ſignificaverunt col. 4. cum 3. ſeqq. ext. de iudic.* Inde & illud conſequitur citationis inſinuationem rectè die feriato fieri; reproductionem verò eius minus valere. *arg. l. un. C. de lit. conteſt. in pr. Bart. in l. 2. §. item ſi mihi. nu. 3 cum ſeq ſi quis in ius voc. Marant. de citat. part. 6. num. 120. Coſtal. 1. de fer. Gail. 1. obſ. 53. num. 2. th. 21. ſ diſp. 2. Menoch. d. loc. Bocer. thes. 12. ubi notandi verſiculi:*

*Hæc faciunt cauſas feſtis tractare diebus,*
*Pax, ſcelus admiſſum, manumiſſio, res peritura,*
*Terminus expirans, mora teſtis abeſſe volentis,*
*Cumq; poteſtatis patriæ ius filius exit.*

## VII.

Illud ab Interpp. dubitatum fuit, An novi operis nunciatio die feriata fieri poſsit? Pleriq; exiſtimant nunciationem verbo, & per iactum lapilli fieri die feriata poſſe, non autem eam, quæ per Prætorem fit. Sed verior nobis videtur eorum ſententia, qui quamlibet nunciationem die feriata fieri poſſe contendunt.

*Accurſ. in l. 1. §. nunciatio vers. quib. dieb. de nov. op. nunt. l. 2. l. pen. de Salv. interd. l. 3. C. de fer.*

## VIII.

Quoad tempus feriarum certum id legibus præfinitum eſt *a*, quod tamen ſecundum qualitatem & conſuetudinem locorum mutari poſſe meminerimus *b*. Sin autem in loco ſimus, ubi uvæ non colliguntur; vel quæſtio vertatur inter Clericos aut milites, an tunc in cauſa

procedi poſsit ambigitur; Et hic negantibus adſtipulamur *c*.

a Dies Meſsium, *ab 8. Kalend. Iun. uſq; ad Kalend. Auguſt.* Vindemiarum, *à 10. Kalend. Septembr. uſq; ad Idus Octobris Ab hac dierum diſpoſitione* Camera *aliquo modo* receſsit, *ut videre eſt* in der Kayſerlichen Cammergerichts Ordnung von Vacantz vnd Ferien/ *p. 2. tit. 33.* Vnd Reichsabſchied zu Augſpurg Anno 1548. gehalten. b *l. præſides. h. t. l. ſi in aliquam. in pr. de off. Procons. in quibusdam enim locis fructus citius matureſcunt, puta in maritimis, quàm montanis, in calidis quàm in frigidis Specul. in §. feriarum 1. num. 4.* c *Innoc. in d c. fin. ext. de fer. Zang. d. lo. n. 8. Diſſ. Bart. in l. 1. C. de Agricol. & cenſit. & quodammodo Specul. d. §. 1. nu. 8.*

IX.

Illud potiſsimum hac in materia controverſum eſt; Vt cum plurimis in locis Gregorianum Kalendarium receptum ſit, cuius calculatio ferias illorum à noſtris diſcrepare facit, an Actoris, Reive, an verò Iudicis feriæ obſervari debeant? Nos Iudicis potiorem eſſe cauſam propugnabimus.

*arg. illorum quæ adducit Gail. 2. obs. 123. num. 2. per l. 3. §. fin. de teſtibus l. 1. §. in honorariis. de var. & extraord. cognit. c. cum veniſſet. Qui mitti in bonorum poſſeſſ. vid. theſ. 21. diſputat. 2.*

Et hæc hactenus de feriis, quibus vicinæ ſunt dilationes, has igitur pari modo brevibus hoc loco delibabimus.

X.

Dilatio eſt diei per Iudicem, cum cauſæ cognitione *a*, facta prolatio *b*. DE DILAtionibus.

a *l. 7. & ult. ubi gl. & Iaſ. h. t. l. 2. l. fin. C. eod. l. ſi quis libertatem §. planè de petit. hered. Nov. 115. c. 2. Duar. hic c. 2. Boer. deciſ. 294. num. 14. & ſeqq. Gail. 1. obſ. 91. n. 4.* Parte adverſa citata, *ſecund. Specul. in §. nunc videamus 2. n. 1. hic. ut ſi fortè dilationis petitionem pars altera improbarit, ſuſcepta quæſtio per ſententiam iudicis dirimatur l. à procedente. C. h. t. Goed. ad l. notionem 99. §. 2. num. 1. de V. S.* b *l. 27. l. 32. §. 11. & §. fin. de arbitr. Cuiac. in para. C. hic in fin. Marant. p. 4. diſt 12. n. 2.* Varias dilationum ſpecies vid. apud Tancred. *lib. 2. de Ordin. Iudic. tit. 18. & alios quos refert VVeſ. in parat. nu. 10.*

Atque

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241991-p0009-5

XI.

*Atque hæc aliter in civilibus, aliter in criminalibus ineunda eſt.* In illis regulariter unica dilatio conceditur *a*. Secunda & tertia tum, ſi iuſta cauſa ſubſit, & impedimentum iureiurando probatum fuerit *b*.

a *d.l.7.b t.Marant.p.6.de dilat.Bart.in l.in pecuniariis nu.1.h.t. Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. in 12. col.* idem in cauſis fiſcalibus, *l.inter. C.h.t.Duar.d.lo. Sed hic oportunè quæritur*, Quod ſi reus ad iudicium legitimè vocatus, ex reſcripto Citationi inſerto, plene ſuper eo de quo convenitur, inſtrui potuerit, an deliberatoria nil minus dilatio (quæ, *ut volunt*, de ſubſtantia eſt iudicii. *l. 1. ubi Bart. Bald. & Alex.* de *Imol.ff.de edend* Termin.*c.* 23. & 20. dierum *c.induciæ §.ſpacium & c.offeratur 3.q.3.Koning.c.40.n.2.*) ipſi indulgenda ſit? *Neg. c.1.& 2.ubi Abb.de dilat.Schenck à Taut. in progym.fori lib.2.tit.9.* b *c.paſtoralis de except.c.in cauſis 15. ubi gl.de teſtibus* Bart.*in l.fin. num.3.h.t & cons 97. Hartm. Hart. pract.obſ. lib.2.t.12.obſ.3.& ſeq.v.* Die Kayſ. Cammerg Ord. *p.3.t.38.* Von Meſſigung der obbeſtimbten Termin.

XII.

Quarta dilatio non, niſi ex urgenti, eaq; iuſtiſsima cauſa, legis ſolemnitate, ut eandem petens, ante omnia iuret, ſe non doloſè talem productionem expoſcere *a*, præcedente, dari debet, quam tamen ſolemnitatem, ſi pars adverſa remittat, amplius non requiri certum eſt *b*. An autem hæc quarta dilatio prorogari poſsit anxiè dubitatur; Equidem competente modo id fieri poſſe putamus *c*.

a *l.2.C.de tempor.appell. Auth.de teſtibus §.quia verò Gail. 91.obſ.lib.1.num.5.Mynſing.cent.1 obſerv.70. & ſeqq.* b *Gail d.lo.n.6.* c *Idem num.16.Mynſing.cent.1.obſ.20. & 5.obſer. 72.* Sed hic Iudici omninò cavendum eſt, ne facilis ſit in quarta dilatione proroganda, ne in effectu quinta admittatur. *conntr. Auth. At qui ſemel C.de probat.* Utiq; ſucceſſoris heredi, quarta dilatione elapſa novam abſq; iuramento vel reſtitutione dandam eſſe, Camera Imperialis æquum cenſuit. *Myns.1.obſ.79. Gail.d.obſ.17.Noe* Meſirer im Cammergerichts Proceß *p.7.fol.157.*

In Ca-

## XIII.

In Capitalibus, Maleſitz Sachen, Reo plerunq; tres dilationes, accuſatori verò duæ dari poſſunt, (ita ut videatur prima non eſſe peremtoria, uti nec Reo ſecunda:) ſed utrumq; cauſa cognita l. fin. de fer. & dilat. Quam Legem cum Dd. ad omnes cauſas criminales, exceptis Adulterii & fractæ pacis publicæ criminibus, extendimus *a*, in quorum altero acerbitas *b*, in altero verò proceſsus celeritas *c*, contrarium ſuadent.

a *Bald. Angel. Paul. de Caſtr. & Ias. in d. l fin. Marant. p. 6. de dilat. n. 2. in fin. Hanneto tr. Iud. p. 2. c. 3.* b *Donell. in l. transigere. nu. 7. C. de transact.* niſi ut perſonæ exhibeantur, aut Iudex ex qualitate negotii motus, id cauſa cognita permiſerit, *l. in crimine ff. ad l. Iul. de adult. Paul. 2. ſent. t. 26. in fin.* ubi *Cuia. confe. Bart. in d. l. fin. n. 14. Paul. de caſtr. in l. fin. C. Qui admitti. &c. Felin. in c. licet causam col. fin. ext de probat.* c ex conſtitutione Cameræ, *Gail. 1. de pac. publ. c. 9. n. 7. per text. in l. 2. C. de cuſtod. reor.* Kayſerliche Cammerg. Ord. *p. 3. t. 3.*

## XIV.

Tempora porrò dilationum de iure communi pro locorum diſtantia, & perſonarum qualitate, à Iudice moderanda ſunt. Regulariter tamen in eadem provincia conſtitutis, tres menſes, in locis aliquantò diſsitis ſex, in transmarinis verò novem *a* concedendi ſunt. Qui menſes, quum certa lege Iudicis miniſterium non requirente, expreſsi ſint: Die nicht mit zuthun des Richters geſtellet ſein / an ab eodem prorogari vel conſtringi poſſint, in diſquiſitionem venit? Non temerè id fieri poſſe Menochius autor eſt *b*. Sanê in Camera Imperiali tempora hæc bono, nec à iure penitus alieno conſilio *c*, arbitraria ſunt *d*.

a *l. 1. ubi Dd. C. h. t. Nov. 112. verſ. quamobrem.* b *de arbit. Iudic. qq. lib. 2. cent. 1. q. 52. n. 5. v. Sichard. in Auth. offeratur. C. de lit. conteſta. Marant. d. lo. nu. 16. Konig. num. 3.* c *Goedd. d. lo.* d *Gail. d. obs. 53. num. 20. & obſ. 91. n. 13.*

## XV.

Terminus dilationis alteri datus, utriq; prodeſt *a*:

Aequalitas etenim inter Actorem & Reum in civilibus præciſè ſervari debet, ut, quantum temporis Actori datum eſt, tantundem reo, ſi petat, concedatur, aut etiam cauſa cognita plenius *b*.

a *l. petendæ C. de temp. in integr. reſtit. Marant. d. lo. nu. 18. Sichard. ad l. ſi quando n. 10. C. h. t. Zas. in l. cum unus ff. de bon. autor. iudic. poſſid. Hart. Hart. d. lo. n. 5. fac. c. cum inter. ext. de except. c. fin. 3. q. 9 Fernand. Vaſq lib. 3. de ſucceſſ. & ult. volunta. §. 25. limit. 30. num. 6. quando autem communiter dilationes tam actori quam reo dantur, prius actori terminum aſſignari debere Speculator tradidit in d. §. videndum 4. n. 6. arg. l. 2. in pr. C. de iura. cal. c. 1. 4. q. 4. l. qui prior ff. de iudic. Diſſ. Bald. in l. licet de petit. hered.* b *gl. in l. ſicut 8. §. ſed ſi quæritur. ſi ſerv. vendic. Marant. d. lo. n. 2. VVeſ. n. 12. ut tamen tempus biennii vel triennii, quo elapſo, cauſæ civiles & criminales pereunt, diligenter obſervetur l. properandum §. & ſi quidem pars C. de iudic. v. diſp. 1. theſ. 38.*

XVI.

Effectus dilationis eſt: ut donec petiti temporis defluxerint curricula, Iudicis officium conquieſcat *a*, niſi is de conſenſu partium procederet *b*, quomodo & ſententiā, pendente termino, latam iure valere *c*: & ob dilationem propter repentinas ferias effluxam reſtitutionem concedi fas eſſe *d*, adſtruere non verebimur.

a *l. ſive par. C. h. t. c. ſignificante de appellat. gl. in d. Cle. ſæpè in verb. poſt dilationem Ancha. cons. 36. col. fin. gl. in l. 1. h. t.* b *Anto. de Butrig. in c. inſinuante col. 4. vers. fallit. 1. de appellat. Socin in reg. quæ in 7. fall. Ro. in d. l. 2. nu. 53. vers. ult. de re iudi. Anto. Gabr. Ro. 2. de dilat. concl. 1 num. 15.* c *Vant. de nullita. d. lo. num. 57. Diſſ. Bald. in l. penult. col. fin vers. & illud quod dico. C. de arb. Ias. cons. 44. col. 1. vers. 3. Bart. in l. quæſitum de re iudic. & in l. ſervum §. publicè in fin. de procurat.* d *Specul. d. §. 4 num. 41.*

His nunc dilat. elapſis, Reus ut Actori reſpondeat, ſupereſt; quod cum excipiendo fiat, bono ordine ad ipſas exceptiones nunc progredimur.

XVII.

DE EXCEPTIONIBUS.

Exceptionis autem vocabulum in uſu iuris, pro ratione huius materiæ, dupliciter accipitur: Aut ἐν πλάτει pro

τη pro quavis defenſione *b*. Aut κατ᾽ ἀκρίβειαν quatenus actionem iure civili ſubſiſtentem excludit *c*. Atq; hinc non inconcinnè definiri poteſt, quod ſit defenſio iuſta *d*, auxilium reo, adverſus intentionem Actoris tribuens *e*.

a *Aliàs* præſcriptio *dicitur l. nihil intereſt 12. de inoff. teſta. l. ſi fideicommiſſum 50. §. tractatum eſt & §. fin. de iudic. propterea quod exceptiones olim formulis conditionalibus* (Si non, niſi, ſi nihil, at ſi non, aut ſi &c.) *præſcribebantur, (quod Græci verbo* παραγράφειν *indicant) l. 2. 4. §. 8. de dol. mal. except. §. ult. I. de replicat. Cuiac 5. obſerv. c. 34. Mynſing. ad rubr. I. hic n. 5. & 6. aliàs* Actio *l. 1. h. t. Goedd. ad l. 8 de V. S.* b *l. ſiquidem l. ſi quis C. h. t. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. ſive ea replicatio ſit, ſive duplicatio &c. Zang. p. 1. c. 3. n. 1.* c *l. 2. h. t. l. ſed etſi de iudic. l. emtori. C. de evict. eiq; objicitur, l. ſi is cui 71. de furt. l. fi. C. ex quib. cauſ maio.* Vnde Error Accurſii *convincitur, qui* aliquam exceptionem facti *malè comminiſcitur. Cuiac. in l. ſi tibi de pact. Dn. Borch. in tr. ſuo de verbor. obligat. c. 4. nu. 2. Donell. in prœm C hic nu. 3. Oldendorp. eleganter in Enchir. except. p. 3. & ſeq* Schwartzenthaler *in proceſſ. Iudic. lib. 1. act. 9. c. 1. num. 5. Diſſ. Hotto. Mynſ. in pr. I. n. 2. Hanneto. p. 2. tr. iudic. c. 8. nu. 3. Marant. p. 6. membr. 9. nu. 7. Zas. in l. qui ſe debere, de condict. cauſ. dat. cauſ non ſecut. & Dd. communiter.* d *Ceras. 2. miſcell. c. 16. nu. 11.* e *arg. l. 4. & 9. C. h. t. VVeſ. in complement. ad Schneid hic n. 2. in fin.*

XVIII.

Exceptiones, quoad cauſam efficientem, aliæ civiles ſunt, ex legibus *a*, SCtis *b*, & Principum placitis *c*, originem trahentes: Aliæ prætoriæ, quas Prætor ex ſua iuriſdictione concedit *d*, quæ magis in æquitate naturali *e*, quam in iure fundatæ ſunt, imò eidem adverſantur *f*.

a *declinatoria fori &c. item ex conſuetudinib. & ſtatutis §. ſine ſcripto I. de iur. nat. gent. & civ. §. hoc autem notandum de his qui feud. dar. poſſ.* b *except. Velleia. Maced &c.* c *exceptio diviſ. inter plures fideiuſſores ex conſt. Divi Hadr. & reos debendi ex Nov. 99.* d *Except. metus doli mali &c. l. 1 §. 1. l. 4. §. penult. de dol. mal. & met. except.* e *Bartol. in l. qui æquitate*

*d.t.& in l.1.ff.de vacat.& excuſat. muner. Franc.tr de fideiuſſ.c.3.num.88.* f *VValth.in Miſc.lib.1.c.12.Diſſ.ex parte Zaſ.in ſingul. intellect.tr. de reſtit.in integr.*

XIX.

Et hæ rurſus, omiſsis reliquis diviſionibus *a*, ab effectu ſeu cauſa finali, aut peremtoriæ ſunt ac perpetuæ, aut dilatoriæ & temporales *b*. Hæ ſunt quæ non ſemper locum habent, ſed ad tempus ſaltem nocent *c*. Et vel proceſſum iudiciarium, vel cauſam ipſam reſpiciunt.

a *de quib.Oldend.fol.6.7.8.* b *§.appellantur.I.h t.l.2.ubi Zaſ.& Dd.§.fin.cum l.ſeq.ff.eod.Marant.p.6.membr.9.num.1.* Anomalas nullas agnoſcimus, *Zaſ.in d.§.fin.num.16.l.ſufficit de condict.indeb.§.1.I.de lit.oblig.Diſſ.Hoſtiens.Specul.& Dd. communiter.* c *§.perpetua.I.h.t.Marant.d.lo.nu.1.*

XX.

Ad Iudicium ſive eius proceſſum exceptiones quæ pertinent, deducuntur ex perſona vel Iudicis, vel litigantium *a*. Ex perſona iudicis deſumtæ iudicium prorſus aut declinant, aut ſaltem differunt. Illius farinæ ſunt, exceptio fori declinatoria *a*, exceptio præventionis *b*, recuſationis Iudicis tanquam ſuſpecti *c*, aut minus idonei *d*.

a *l.pen.& ult.C.h.t.Vulte.2.Iurispr.Ro.c.24.Oldend.fol.12.Speculat.§.penult.& ſi.de off.deleg.l.2.C.de conſort.eiusd.lit. c.inſinuante de off.deleg. atqui hæc præ reliquis omnibus movenda eſt, Mynſing.cent.1.obs.4.27.& 59 Gail.1.de pac.publ.c.6.& 1.obſerv.32.num.27.& ſeqq.* Noë Meurer im Cammergerichts Proceß.p.9 *fol.199. Vbi tam pulchra quam utilis diſcutienda eſt quæſtio*, Anne Actor hac exceptione tutus ſit, ſi poſt litem conteſtatam, per viam reconventionis Actori Reus quæſtionem præiudicialem, quæ coram alio Iudice ventilanda ſit, objiciat? *Neg.arg l.cum Papinianus 14.C.de ſenten.& interlocut.&c. Gail.1.obſ.32.37.num.6.& 38. atqui benè exceptione continentiæ cauſarum ſe muniet Goedd.c.1.de ſequeſt.n.47.cum ſeqq.Gail.d.lo.num.6.Diſſent.Mynſing.cent.1.obſerv.ult. Quot modis quis forum ſortiatur vid.ap. Zang. hic.c.1.* b *Marant.d.lo.num.26.Gail.1.obſerv.29.num 5.Vant.de nullitat.ſent.*

*ex def.*

*ex def. iurisd. ordin. num. 162. & ſeq. præventio autem tum efficax eſt, quando Reus legitimè citatus apud iudicem concurrentem comparet, c. propoſuiſti & ibi Abb. de for. compet. c. gratum de off. deleg. c. bonæ de elect. Marant. d. lo. num. 20. & diſp. 6. num. 20.* An autem Iudices concurrentes ſibi invicem debeant deferre? *Placet diſtinctio Zangeri p. 2. c. 2. n. 7.* c *c. exceptio 3. q. 6. Myns. cent. 2. obſ. 52. & cent. 4. obſ. 59. Gail. 1. obſer. 33. qui iudices recuſari poſſint, qui non vid. diſp. 1 th. 21. & ſeqq. 4. & quæ ſuſpicionis cauſæ apud Zang. d. p. 2. c. 3. num. 10. cum ſeqq.* d *quia impubes, minor 18. annis & c. l. quidam 57. de re iudic. d. diſp. 1. th. 32. latè Zang. d. lo. num. 16. uſq; ad num. 28.*

XXI.

Huius; Exceptio loci non tuti *a*, termini anguſti *b*, & exceptio feriarum *c*.

a *c. paſtoralis de re Iudic. gl. in c. hortamur 3. q. 8. Oldend. in except. loci non tuti. p. 48.* unde Reo ſalvus conductus dandus eſt, Soll jhme ſicher Geleit zu Rechte gegeben / vnd friede gewircket werden/ *Bart. in l. utimur. de ſepulcr. viol. Ferrariens. in prax. in for. inquiſit. §. hæc eſt quædam. num. 32* Landrecht / *lib. 3. art. 9. 13. & 17. & lib. 2. art. 14. §.* können ſie denn nicht/ *Coler p. 4. c. 1. num. 170. & ſeqq. conf.* die peinliche Halsgerichts Ordnung. *Caroli V. art. 156. in fin. & art. 76. art. 4. in pr. ibiq; gl. in verb.* Wer ſich. *lib. 2.* qui tam recedendi, quàm accedendi ſecuritatem (abe vnd zue) continere debet. *Myns. cent. 1. obſ. 82. Menoch. 2. cent. 4. c. 336. num. 11. & ſeq. VVeſ. ad tit. C. de ſatisdat. num. 4. & in comple. ad Schneid. num. 5.* b *d. Auth. offeratur C. de lit. conteſt. d. c. induciæ 3. q. 3. Menoch. 1. arbitr. iud. qq. 52. Vant. tit. de nullitat. ex def. Citatio. nu. 67. Oldend. fol. 49.* & hac exceptione utraque pars in quolibet iudicii termino uti poteſt: *Marant. d. p. 6. membr. 2. num. 1. Conſtit. Electoral. 18. p. 1. Zang. p. 2. c. 5. num. 2.* c *arg. l. 3. h. t. Vant. d. lo. nu. 130. Angel. in l. 1. §. 1. de fer. Specul. in tit. de Citat. §. 1. vers. item excipitur Zang. p. 2. c. 6. num. 4. hanc atq; huiusmodi exigui momenti exceptiones Principem ex plenitudine poteſtatis tollere poſſe, monet Arius Pinel. ad l. 2. C. de reſc. vendit. p. 1. rubr. c. 2. nu. 23.*

XXII.

Ex perſonis litigantium deſumtæ, aut ipſas perſo-

nas principales, aut earum nomine agentes conſiderant. Ex principalibus vel ipſum tantum Actorem, veluti exceptio contumaciæ *a*; vel Reum. puta exceptio de in ius vocando, qua adſtruit, ſe ſine venia in ius vocari non poſſe *b*, & exceptio impedimenti iuſti *c*. Vel Vtrumque, ſcilicet exceptio legitimationis *d*.

a *l. 17. §. 2. vers. & ſiquidem C. de Iudic. VVorm. in prax. tit. de contum. obſer. 1. Ordin Camer. p. 3. t. 42.* Von des nicht erſcheinenden Clägers vngehorſam/ in erſter Inſtantz. *Gail. 1. obſ. 59. num. 1. 4. & 5. Mynſing. d. cent. 4. obſ. 65. Zang. p. 2. c. 7. nu. 29. & ſeq.* b *t. t. ff. & C. de in ius voc. Myns. cent. 4. obſerv. 92. Gail. lib. ſing. de pignorat. obſerv. 15. num. 4. v. diſp. 2. th. 15.* c *quod probandum Zang. d. lo. nu. 31. Maſcard. vol. 2. concl 884. v. Landr. lib. 2. art. 7.* d *t. t. C. qui legit. perſon. ſtand. in iud non hab.* puta minor ſine curatore, *Bart. in l. licet. C. de procurat. Zang. d. loc. num. 24.* Schwartzenthaler *d. actu 9. c. 3. nu. 8. Noë* Meurer im Cammerg. Proceß. *p. 9. pag. 199.*

XXIII.

Earum nomine litigantes, vel quia mandatum non habent, vel habent quidem, ſed mutilatum & inſufficiens *a*. Itemque ſi perſona talis ſit *b*, vel cauſa talis *c*, quæ, & ad quam procurator conſtitui nequeat *d*. Infamia procuratori incaſſum hodie objicitur *e*, quod & olim *f*, & noſtro tempore in Camera Imperiali ſecus eſt *g*.

a *l. 24. de procurat. Vant. tit ex def. mandat. nu. 1. & ſeqq. Marant. d. lo. num. 3 Zang. d. c. 7. num. 23. Gail. 1. obſerv. 47. nu. 2. & 2. obſ. 107. num. 4. ubi hoc ſingulare eſt, quod poſt litem conteſtatam quandocunque, imò poſt ſententiam opponatur. Diſſ. Zang. per l. 19. C. de probat. & l. 2. §. fin. ff. h. t.* b *Zang. d. c. 7. num. 24 & ſeqq.* c *ſi capitalis, nec dum lis cum reo conteſtata eſt, ut exceptio cauſæ procuratori de iure queat objici l. 33. §. 2. de procurat. Treut. diſp. 26. th. 3. lit. f* d *Cuiac. ad l. ult. de procurat. & tr. 6. ad Afric. Zang. c. 7. num. 21. & ſeqq.* e *§. fin. I. h. t.* f *Paul. 1. ſent. tit. 2.* g Cammergerichts Ordnung. *p. 1. t. 18. & ſeq. Gail. 1. obſ. 43. num. 7. & 8. conſentit ius Canonicum c. 1. 3. q. 7. ubi gl. in verb. procurator.*

Ad

## XXIV.

Ad cauſam ſive actionem ſpectant exceptiones præiudicales, ad ſimilitudinem actionum præiudicialium ita dictæ *a*, quibus Reus Actorem ita removet, ut dicat, per actionem ab Adverſario inſtitutam principaliori præiudicium fieri non oportere *b*.

a *Zang.p.2.c.8.num.1.* hæc tum locum habet, quando inter eaſdem perſonas actio minoris momenti inſtituitur, *l.fin.§.1 ubi Bald.C.de petit.hered.* niſi ſub conditione id fieret, *Zang.d.lo.nu.5.* An autem hæ exceptiones præiudiciales, uti actiones reipſa perſonales ſint videbimus *Vultei.1.diſcept.5.* utique per modum replicationis has incidenter venire Zaſius docuit, *in §. præiudiciales nu. 10.I de Act.per l.quoniam Alex.C.de adult.* b *l.18.h.t.in cuius conciliatione cum l.17.eod.variant interpp.nobis doctiſſ. Cuiatii ſolutio 5.obſerv.37.& tr.9 ad Africa.p.616.& ſeqq.magis arridet. Diſſ.ab hoc Coras.2.miſc.c.5.& multi alii.*

## XXV.

Item exceptio plus petitionis *a*, pacti conventi temporalis *b*, litis pendentis *c*, libelli generalis, inepti & obſcuri *d*, competentiæ *e*, & excuſsionis *f*.

a *d.§.temporales 10.I.h.t.Koning.c.43.nu.4.* quod fit Re, *Paul.1.ſent.10.* Tempore, *§.plus autem I. de act.* Loco, *l.quod ſi Epheſi. De eo quod certo lo.* Cauſa, *diſp.3.th 10.* cuius pœna eſt, ut duplicatas inducias cum refuſione expenſarum omnium habeant illi, qui talem iniuriam paſsi ſunt. *d.§.10.vers.hodiè.* Quæ pœna an ex novis legibus ceſſabit, ſi Actor clauſulam (ſalvo iure ſuperflui) adjecerit? *Neg arg c.non debet de R.I.in 6.v.Treutl.p.1.diſp.4.theſ. 12.in fin.& p.2.diſp.26.th.4.lit.b. Diſſ. Anto.de Butrigar.in c.2. col.pen.de libell.Zang.c.9.num.10.* b *l.40.§.3.de procur.quam renuiſſe cenſetur is, qui ea omiſſa litem conteſtatur. Ciſner. ad tit. I. de except.§.3.n.1.& ſeqq.* c *c. propoſuiſti ext. de for. compet. Myns.cent.4.obſerv.26.Coler.p.4.c.1.num.38.* d *Iaſ. in l.1. num.2.de Edend.Caſtr in l.edita n.7.C.eod.Zas.ad pr.I.de act. nu. 19.Konning.c.43.num.4.vid.diſp.3.th.7.& 8.* e *ne quis niſi in quantum facere poteſt conveniatur l.3.ubi Dd. communiter h. t.*

hanc

*hanc verò dilatoriam eſſe probat Cyn. in d. l. 19. nu. 8. C. de probat. Schneid. in §. ſunt præterea I. de act. n. 11. Diſſent. Ioannes Gloſſographus ref. rente Accurſio in d. l. 3. etiamſi interim non negetur lite conteſtata, imò in ipſa executione Reum hac uti poſſe l. ex diverſo 17. §. fin. ſolut. matrim. l. Neſennius § fin. de re iudic. Valla de reb. dub. tr. 6. num. 1. Donell. nu. 13. C. h. t. Schenck. a Taut. d. tr. lib. 2. t. 4. Coſtal. ad l. pater. ff. Quod cum eo qui in alie. & ad l. Quod nomine 8. ff. de condict. indeb. Quibus autem perſonis exceptio hæc competat, vid. ap. Frid Schenck. à Taut. lib. 2. progymnaſ. for. t. de except. f Aut. præſente C. de fideiuſſ. iunct. Nov. 4 c. 1. Vbi illud difficilis eſt deciſionis.* An hæc exceptio objici poſsit in remedio interdicti Salviani? *Neg. Cravett. cons. 201. n. 45. Menoch remed. 3. adipiſc poſſeſſ. n. 179. & ſeq.*

XXVI.

Quibus rectè addes exceptionem ſub & obreptionis *a*, Spolii *b*, ineptæ cumulationis *b*, appellationis non devolutæ *d*, & tandem ſatisdationis & guarandæ *e*.

a *l. 2 C. ſi contr. ius vel util. publ.* quæ an inhibitionibus opponi poſsit, ne proprio nos ligone vulneremus, vix expedire poſſe videmur; Affir *c. 2. de reſcript. Gail. 1. obſ. 14. n.* 1. Neg. *Conſtit. Imper. §.* Wolt aber / *ibi*, Das ſolche Mandat ohne einige Widerrede zuvolziehen / *in ordin. Camer. p. 2. t. 23. Zang. d. c. 15. nu. 9. & ſeq.* priori ſubſcribemus. *arg. l. puniri C. ſi contr. ius vel util. publ. ubi Imp. Conſtantinus pœnam ſumi iubet de iudice, qui hanc exceptionem non admittit. conf. Noe* Meurer im Cammerg. Proceß *p. 2. f. 112.* b *Zang. c. 16. nu. 3 hæc deducta in iudicium 15. dierum ſpatio probanda eſt c. fin de ord. n. cognit. c. 1. de reſtitut. ſpoliat. in 6 Old. p. 56. col. 2. Gail. 2. obs. 75. nu. 6. & in utroq; iudicio militat. Panorm. in c. cum dilectus 2. nu. 3. de ordin. cognit. ita ut de his, quæ ex deiectione ad Actorem pervenerunt perpetuò, ad alium verò, intra annum excipiatur Old p. 51. col. 2. Atq; hic* quæſtio anceps *oritur, quæ non niſi* diſtinctionis *ceu ſacræ cuiusdam anchoræ arrepto fulcro enodari poſſe videtur,* An ſcilicet exceptio ſpolii objici poſsit heredi in remedio l. ult. C. de Edict. D. Hadr. tollend.? *Quod* ſi Teſtator *adhuc* in vivis *eſt* adfirmativam malumus, *Bart. in d. l. ult. n. 7. Menoch. remed. 4. adipiſc. poſſeſſ. nu. 764. & 767. Diſſ. iacob. de*

*Butrig.*

But rig. referente Menoch. d. lo. n. 705. c Mynſing. cent. 1. obſ. 38. & 2. obſ. 25. v. Zang. c. 17. nu. 12. & ſeqq. præſertim num. 21. ubi Dd. hanc materiam tractantes allegat, conſ. diſp. 3. th. 18. d Gail. 1. obſ. 139. cum 3. ſeqq. Zang. c. 18. num. 6. & 13. Noe Meürer im Cammergerichts Proceß. p. 7. f. 159. e VVeſ. ad tit. C, de ſatisd. num. 4. &c.

## XXVII.

Et hæc de dilatoriis. Sequuntur exceptiones peremtoriæ, quæ ſemper locum habent, nec evitari poſſunt, ſemperq; agentibus obſtant, & rem qua de agitur (unde nomen habent *a*) perimunt *b*.

a *VVes. in §. appellantur l. h. t. Saxonib. dicuntur* zerſtörliche Wehr/ *lib. 3. art. 22. ubi gl. & in addit. latin. Chil. Koning. c. 42.* b *d. l. 19. ubi Sichard. num. 3. &c.*

## XXVIII.

Hæ vel ſtatim ab initio exiſtunt, vel poſtea ſuperveniunt *a*. Prioris generis exceptiones, rurſus vel ex re & eo quod actum eſt, ut exceptio metus *b*, doli ſpecialis *c*, erroris *d*, non numeratæ pecuniæ *e*: vel ex perſona tam debitoris quam creditoris ut Except. SCti Macedoniani *f*, & Velleiani g deſcendunt.

a *§. 3. & 9. I. h. t.* b *Zang. c. 11. num. 36. & ſeq. p. 3.* c *Vulte. d. lo. num. 12. & ſeq. quæ exceptio ita dicitur intuitu eius, quæ ex omnibus aliis exceptionibus naſcitur l. 2. §. 5. & l. 4. §. 33. de dol. mal. & met. except.* d *l. 57. de O. & A. quæ in factum dicta eſt l. 24. h. t. l. 14. §. eum qui Quod met. cauſ. Vulte. c. 24. lib. 2. num. 9. Mynſ. d. §. verbi gratia num. 9. Theophil. ex eo in factum exceptionem appellari ſcribit* ὅτι διηγηματικῶς ἀντιτίθεται. *Huic exceptioni toties locus eſt, quoties deficientibus aliis, quæ proprium nomen non habent, exceptionem dari æquum eſt l. apud Celſum §. 32. de dol. except. Zang. p. 3. d. c. 11. num. 47. & ſeq.* e *§. multum autem I. de lit. obligat. l. in contractibus C. de non num. pec. ex qua hodiè ſaltem exceptio hæc ad biennium protrahitur, unde eam Harmenop.* ἀναργυρίαν *vocat, cum antea eſſet quinquennalis l. qui agros C. de omni agr. deſert. planè perpetua ea Reipubl. & Eccleſiæ competit Rip. in l. ſi is qui bona nu. 13. de pig. Everhard. in topic. in loco à Repub ad Eccleſ. nu. 2.* Vtrum ex hac exceptione civilis an natura-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241991-p0019-1

lis obligatio oriatur, controvertitur? Et poſt bienniũ civilẽ & naturalem obligationẽ oriri ſtatuit And. Fachin. c. 87. lib. 2. controverſ. iur. Num verò poſt biennium, onere probandi in ſe recepto opponi queat, hinc inde vaſtæ rupes ſe offerunt, *Affir. Fulgos. in l. ſi ſub ſpecie n. ult. C. de poſtul. Ema. à Coſta in d. l. ſi ex cautione limit. ult. C. h. t. Gomez. 2. var. reſolut. 6. nu. 6. Fernand. Vaſq. d. tr. §. 9. nu. 24. Diſſ. poſt. Felin. Curt. iun. in l. 1. §. appellata num. 7. ſi cert. pet. Azo in l. 3. C. h. t. Duaren. c. 4. ad tit. C. hic. Maſcard de probat. vol. 2. concl. 695. nu. 14.* Et an ei nude renunciare debitor poſsit? *Neg. Cova 1. reſol. c. 4. nu. 3. Alt. in c. cum contingat. num. 175. de iureiur. Diſſ. gl. in d. l. 3. vid. Vaſq. d. §. 9. nu. 22.* at benè cum iuramento, *ita vult. Ema. à Coſta. in d. l. ſi ex cautione nu. 3.* Inter Mercatores, non minus, quam exceptio erroris calculi, locum ſibi vendicat. *t. t. I. de lit. oblig. §. 2. l. h. t. l. 14. in pr. C. de non num. pec. Marant. p. 6. membr. 9. num. 35. vid. Andr. Fachin. cap. 86. libr. 2. controverſ. iur.* f *t. t. ff. & C. ad SCtum Macedon.* quæ ſumtions ſtudiorum neceſſariis ſubmovetur, *l. 5. C. & l. 7. §. 13. ff eod. Pinel. ad l. 1. C. de bon. mat. p. 1. nu. 53* quod & in filio qui patre invito ſtudiorum cauſa abeſt, rationem habet *arg. l. nec in ea 22. §. fin. ff. ad l. Iul. de adult. Diſſ. Zang d. c. 10. nu 22.* Renunciari ei ne iuramento quidem poteſt, *Bart. in l. ſi quis 10. de fideiuſſ. c. ſi diligenter c. contingit de ſent. excom.* g *t. t. ff & C. ad SCtum Velleian. Zang. p. 3. c. 9.* huic mulier rectè renunciat *Gail. 2. obſ. 77. per tot. Conſtit. Electoral. p. 2. 16. Zang. c. 9. nu. 47. Diſſ Donell ad l. pacta C. de pact. n. 3. Soarez. in addit. ad Gomez. tom. 2. var. reſol. c. 13. nu. 17. lit. L.*

## XXIX.

Poſterioris ſunt: Exceptio pacti de non petendo in perpetuum *a*, iuriſiurandi *b*, tranſactionis *c*, rei iudicatæ *d*, rei litigioſæ *e*, & diviſionis *f*.

a *l. 7. §. 8. l. 40. de pact. Treutler. p. 2. d ſp. 26. th. 6. lit. b.* An autem exceptio pacti conventi paritionem mandati impediat utilis eſt ζητησις: *Vid. Gail. tr. de arreſt. c. 12. nu. 10. & ſeqq.* b *l. 1. de iureiur. Zang. d. p. 3. c. 14.* creditore deferente, *l. 3. in pr. l. 13. 16. de iureiur.* quod voluntarium eſt *l. 17. in pr. eod. Beuſt. ad rubr. de iureiur. n. 12.* c *Marant d. l. 10. nu. 12.*

Zang.

*Zang.c.16.* d *l.1.de re iud. Zang.c.15.& iuſtiſſima hac eſt ne actum agatur & ut aliquis tandem litium finis ſit l.1.C.eod. l. 1.C. uti poßid. Forner. ad l.231.de V.S. Dn. Borch de uſur. c. ult. in fin.* Vt autem locum habeat exceptio rei iudicatæ, tria cumulativè requiruntur 1. ut eadem res poſteriori iudicio *l.ſi cum argentum 21.de except. rei iudic.* 2. inter eaſdem perſonas. *l.3.l.ſed an eadem in pr.& l. 16.eod.* 3. ex eadem cauſa petatur, *d.l.ſed an eadem Menoch. 2.cent.5.caſ 439.n.1. & ſeq. &c. Gail.1 obſ.70.* Illa quæſtio hoc loco nobilis eſt, An exceptio hæc agenti poſſeſſorio retinendæ, obſtet in petitorio? *Affir. Bart. in l. naturaliter §. nihil commune de acquir. poſſeſ Menoch. remed. recup. poſſeſſ. q.15.nu.161. ſicut & in poſſeſſorio recuperandæ Menoch d.lo. Secus in adipiſcendæ remedio Bart. & Dd. in d.§. nihil commune ubi Coras reg. 3.nu.2.* e *l.1.& ibi Cuiac. de litigioſ.* f Schwartzenthaler *d.act.9.c.4. per tot. Zang.c.17.* hæc exceptio inſtrumento executionem paratam habenti obſtat. *Gomez. tom.2. var reſol.c.13.nu.19.. Coler. p.4.c.1.nu.92.& ſeqq. uſq; ad nu. 155. Alciat. de V.S. lib.1.§. exceptis igitur pag. (mihi) 534.*

## XXX.

Pluribus autem exceptionibus, modo non ex adverſo contrariis *a* uti, cuivis integrum eſt *b*: Latius quippe excipiendi quam agendi facultas ſe extendit *c*. Non tamen uno eodemq; tempore omnes tractandæ erunt *d*, ſed, quoad ius civile, ſucceſsivè. *e* De iure verò Canonico, Iudex certum aliquem terminum præfigere iubetur, ad quem omnes ſimul proponantur *f*. Quod ſupremum Imperii iudicium *g*, & Electoralis Conſtitutio *h* ſequitur.

a *arg. l.43.de R.I. Menoch. 2. præſumt. 42. Forner. ad l.8. §.1.de V.S. Coſtal. in l. Quod in herede 9 de Tribut. act. niſi proponantur alternativè. Zang.c.ult.nu.60.& ſeq Coſtal. d. lo.* b *l.5. & 8. hic. c. nullus de R.I. in 6.* c *d.c. dilecti de except. c. intelleximus ext. de re iudic.* d *Sichard. ad d l.19.C. de probat. num. ult:* e *l.8.& ſeq. C.h.t.* f *d.c. paſtoralis.* g *Ordin. Camer. p.3.t.13.§. fin.& tit.24.§.* Vnd ſollen. *Mynſing. 5. obſer. 89.* h *quæ autem natura ſua poſteriores ſunt in eventum. Conſtit. Elect. Auguſt. 3. p.1.*

## XXXI.

Tempus ēxceptionum proponendarum, ratione litis conteſtationis variat: Dilatoriæ enim & temporales regulariter *a* ante litem conteſtatam opponi debent *b*, adeò ut Advocatus qui ad omiſsas illas poſtea redire deſiderat, libra auri multetur *c*.

a *d.c.Paſtoralis ext de except.c.inter monaſterium de re iudic.Petr.Gregor.in Syntagm.iur.univ.lib.21.c.17.nu.13.* Fallit ſi per ignorantiam facti, aut dubitationem oppoſitæ non fuerint, *gl.in l.Error C.de iur.& fact.ignor.* vel ſi gravamẽ ſucceſsivum habeant, *c.ex parte de appellat.* aut etiam Tertius interveniat, *Papa deciſ.432.num.10.Gail.2.obs.27.n.3. vid omninò Kling.in c.dilectus de ordin.cognit. Menoch.retin.poſſeſſ.remed 3.nu.666.* b *l.penult.C.h.t.* Schwartzenthaler *d.actu.c.6. Marant.d.membr.9.n.11.* c *d.l.penult.hic.*

## XXXII.

Peremptoriæ ante ſententiam regulariter, quandocũque *a*, proponuntur, habita prius ipſarum conteſtatione *b*, quam tamen omitti poſſe communi Dd. calculo receptum eſt *c*. Planè, ſunt & exceptiones, quas privilegiatas dicimus, videlicet iuriſiurandi, tranſactionis, rei iudicatæ, & præſcriptionis *d*, quæ & ante (quomodo totum iudicium impediunt *e*,) & poſt litis conteſtationem (quomodo abſolutionem pariunt perpetuam, Iudicis ſententia diffinitiva interveniente *f*) rectè Actoribus objiciuntur.

a *l.præſcriptionem C.h.t.l.2.C.ſentent.reſc.non poſſ.* b *d.l.8.Duar.ad tit.de probat.c.4.Zang.p.ult.c ult.n.12.& ſeqq.Donell.ad l.8.cum l.ſeq.nu.2.& 6.C.h.t.Dn.Pracept.Obrech.diſp.4.de probat.except.th.20.& ſeqq.conf.receſſ.Spirens.Anno 70.habit.in §.* Demnach. *fol.25.& Ordinat.Cameræ p.3.c.13.* c *Gail.1.obs.74.n.13.Mynſ.1.obs.24.VVeſ.in comple.ad Schneid.num.9.* d *c.1.de lit.conteſt.in 6.Old.p.70.conf.l.fin.ff.pro ſuo.l.omnes & l.ſicut C.de præſcript.30.annor.* e *d.l.ult.ubi Bart.n.3.pro ſuo.* f *l.1.§.fin.ad SCtum Tertull.l.age cum Geminiano in pr.C.de transact.Old d.p.70.col.2.l.creditori ubi Donell.nu.7.& ſeqq.C.de pact.*

Arq;

## XXXIII.

Atq; hæ in continenti probandæ ſunt *a*, ut Actorem à limine judicii removeant *b*, quod ſi fieri nequeat, Iudex eas poſt litem uſq; conteſtatam rejicit *c* hoc modo: Es iſt Beklagter ſeines vorwendens vngeachtet zuantworten ſchuldig / vnnd werden jhme ſeine angezogene Schutzwehr nach der Kriegsbefeſtigung zerſtorlich einzubringen vorbehalten *d*.

a *Bart. d. lo.* b *VVes. in comple. ad Schneid. n. 4.* c *Bart. & Dd. in l. nam poſtea in pr. de iureiur. Marant. d. p. 6. num. 14. Noe Meurer. p. 7. f. 159.* d *VVeſ. d. lo num. 10. quod ſi factum fuerit proceſſus retrò nullus redditur, q. nulla actione actori competente Marant. d. lo. num. 14.*

## XXXIV.

Reliquæ verò poſt litem conteſtatam & intentionem Actoris impletam probantur *a*, legitimo ad id, trium de iure civili menſium *b*, termino, de iure autem Saxonico ſex ſeptimanarum & trium dierum *c*, qui tamen pro ratione loci & circumſtantiarum, longior dari poteſt *d* conſtituto.

a *d. l. 9. C. h. t.* b *d. l. 1. C. de dilat. vid.* § *th. 13.* c Landr. *art. 29. & 62. lib. 2. art. 2.* d Landrecht. *lib. 1. art. 72.* als geduppelt Sächſiſche Friſt.

## XXXV.

An autem exceptiones etiam poſt ſententiam, adeoq; in ipſius executione opponi queant? Quod tam de peremtoriis quam dilatoriis negandum duximus *a*. Speciale id in quibuſdam eſt, quæ rectius ſententiam modificare, quam impugnare *b*, quæq; ad judicii ſolemnitatem pertinere *c* videntur.

a *c. cum Ioannes iunct. gl. ext. de fid. inſtr. Cuiac. 9. obſ. 29. & 18. obſ. 34. Brecha. ad l. Creditor 55. de V. S.* b *Marant. p. 6. de except. nu. 17. VVeſ. d. lo. nu. 9. Zang. c. ult. nu. 32. v. Menoch. remed. 3. retin. poſſeſſ. nu. 674.* c *l. 75. vers. Marcellus de iudic. l. 4. §. 6. de re iudic. Coler. p. 4. c. 1. nu. 67. Diſſ. Ripa ad d. § 6. l. 4. de re iudic.*

 Exce-

## XXXVI.

Exceptiones hæ tolluntur replicatione, hæc duplicatione & ita deinceps *a*, non etiam præſcriptione *b*, vel ſtatuto *c*. Vtrq; in cameræ Imperial. Ordinat. maturo conſilio, litium finiendarum cauſa, modus hic præſtitutus eſt, ne in dilatoriis ultra duplicationem, in peremtoriis verò ultra triplicationem procedatur *d*. Quod Elector Saxoniæ rectiſsime ſecutus eſt *e*.

a *l.2.§.1.h.t.Zaſ.ad l.22.n.3.eod.* b *l.purè §.ult. de dol. mal except.VVeſ.in parat.nu.12.* c *arg.l.ut vim de iuſtit. & iur. iunct.pr.I.hic.* *Diſſ.VVeſ.d.n.12.* d *p.3.t.26.§.* Wo aber. & *tit.29 in fin.Oldend. tit. Quid ſit exceptio.* e *Conſtit. p.1. tit. 8.*

Hucuſque de exceptionibus, quibus ſi deſtituitur Reus, litis aleam ſubire cogitur, præmiſſa ſatiſdatione legitima: qua de re plenior inpoſterum tractatio ſumenda eſt.

## XXXVII.

DE SATISDATIONIBUS

Cautionis verbum generale eſt *a*. Nobis hoc in loco pro ſatiſdatione erit, qua nomine eius, quod à nobis petitur aut debetur, ita cavemus, ut adverſarium ſecurum reddamus, datis fideiuſſoribus *b*. An & pignoribus? Id poſt Nov. 4. communis Dd. ſchola iampridem amplexa eſt *c*, à qua, veritate iuris inſpecta, merito recedimus d.

a *l.plus cautionis ubi Petr. Fab. de R.I. refert & ſequitur Bocer.th.1.diſp.6.per l.188.§.1.ubi Goed.de V.S.l.1.§.iubet de collat.l.1.§.cautionales de prætor.ſtipul.l.3.C.de V.S. Althuſ.2.Iuriſp. Ro.c.20.in pr.* b *l.1.2.3.7 9.§.1.h.t.l.7.de prætor. ſtipulat.* An autem plures ſemper requirantur, nec unus ſufficiat quæri hic aſſolet; Et ſi idoneus ſit ac locuples, unum ſufficere proclive eſt, *d.l.2.3.4.5.§.1.h.t.VVeſ. nu.7. hic.* c *præeunte gl in d.l.1.h.t.& in c.fin.ext. de pignor. §. ſin autem ubi Fab. Bald. & alii l.eod.VVeſen.in comple Schneid.in prin. de ſatiſdat.n.2.& in parat.C.nu.2.Soarez.in theſaur.recept.ſent.ſub lit.C. n.34. Concord.ius Saxonicum ut eſt apud Chil. Konig. c.46.nu.2. vers.* Sonſt müſte er den Mitbürgen oder Pfenden / &c. d *Nov.53.c.2.3.§.2.Nov.112.c.2.Bronch.controv.quæſt.cent.1. q.18.Robert. 3.ſent.c.21.Donell.ad l.5.§.ſatisacceptio de V.O.*

Eſtq;

XXXVIII.

Eſtq; duplex, Iudicialis *a*, & extraiudicialis *b*. Illa rurſus, vel neceſſaria, vel voluntaria. Neceſſaria, quæ à lege vel magiſtratu imponitur *c*, veluti de ſiſtendo *d*, de ſe præſentando *e*, de non offendendo *f*, de expenſis *g*, &c. *h*. Voluntaria, quæ ex partium conventione naſcitur *i*.

a *Specul. de ſatisdat. §. eſt quoque Mynſing. in prin. I. h. t. nu.* 8. b *puta quando res ſequeſtratur, vel perſona capitur, quod evenit, quoties pro re mobili ſatisdatum non eſt, debitor verò de fuga ſuſpectus habetur l. 7. §. ſi ſatisdatum h. t. Gail. 2. obſer. 44. Myns. cent. 2. obſerv. 11. ubi tamen id ſolum, quod immobilia debitor non poßidet eundem ſuſpectum arguere negamus Bald. in d. l. 7. num. 4. ubi & Riminald. Curt. ſen. in l. un. num. 37. C. de prohib. ſeq. pec. Menoch. de arbitr. iud. qq. 2. cent. 1. caſ. 87. num. 9. conſ. Robert. 3. animadvers. c. 21. Diſſ. Accurſ. Ias. & quos ibid. refert, multi alij. Item extraiudicialis eſt cautio de damno infect. t. t. ff. de dam. infect. legat. ſeu fideicomm. ſervand. &c.* c *VVeſen. hic num. 2. Cuiac. 22. obſer. 26. modò ſatisdatio decerni à iudice ante litem conteſtatam petita ſit l. 4. de damn. infect. l. Pomponius 40. §. ratihabitionis de procurat. Zobel.* Sandrecht. *lib. 2. art. 9. VVeſ. num. 3.* d *de qua potiſſ. hoc tit.* e *l. 1. ubi Iaſ. ſi quis in ius voc. l. 1. ubi Bart. de cuſtod. reor.* f *Bart. in l. 6. §. ne potentiores de offic. præſid. Felin. in rubr. de Treuga & pace. Petr. Gregor. 48. Syntag. iur. univ c. 4. in fin.* An Iudex ex officio ad eandem præſtandam cogere poſsit: & quid ſi pars illam petens, inimicitiæ cauſam dederit? *v. Iul. Clar. 5. §. fin. pract. crimin. num. 47 per tot.* Planè Cautio hæc de non offendendo in Camera Imp. ſub pœna banni decernitur. *Gail. 1. obſerv. 4. & 1. de pac. pub. c. 3.* g *in caſu ſcilicet ſuccumbentiæ Clar. d. l. 5. q. 18. per Auth. & generaliter C. de Epiſc. & Cler. & hanc ſatisdat. Actor tenetur præſtare ab initio litis §. ad excludendas in Auth. de litigios. Auth. libellum C. de lit. conteſt. Termin. in proceſſ. cap. 20. de ſatisdat. Kon. d. lo.* h *Marant. p. 6. de ſatisdat. num. 18. & ſeqq.* i *d. l. 7. iunct. l. ſeq. h. t. l. interdum 10. rem ratam hab. VVeſ. d. lo.*

XXXIX.

Sed hic admonendi ſumus alium ſatisdationum

modum

modum antiquitati placuiſſe *a*, alium novitatem per uſum admiſiſſe, quod patebit, ſimul ac ſingulas perſonas iudicium conſtituentes conſideraverimus. Et quidem quoad Iudicem, veteri is iure ad ſingulas cauſas iuratoriam cautionem præſtare ſolebat *b*; hodie ſaltem in initio iudicii *c*.

a *Ioan. Roſin. 9. antiq. Ro. c. 15.* b *l. rem non novam & ibi Sichard. C de Iudic. VVeſ. in comple. ad Schneid. nu. 5.* c *Nov. 9. Azo in ſumm. C. de iudic. num. 21. Henning. Goed. in ſuo proceſſ. Iudic. in proœm. num. 5. 6. & ſeq. fac. Ordin. Camer. p. 1. tit. 57.* De delegato vid. Gail. *1. obſ. 48. num. 17.* Obiter hic notabimus pares Curiæ ſemel iuramento fidelitatis, de adminiſtrāda iuſtitia, præſtito, iurare amplius non cogi, *c. un. ſub fin. de probib. feud. alie. per Frideric. Myns. cent. 4. obſ. 89.* ni conſuetudo ſit in contrarium, *Borch. c. 10. n. 37. ubi in utramq; partem Dd. adducit.*

## XL.

Eodem iure veteri Actor neq; in reali, neq; perſonali iudicio ſatisdabat *a*, ſed novo penitus tenetur *b*, nec tantum ex ipſius parte ſatisdatur de lite perſequenda *c*, verum etiam de eadem intra duos menſes conteſtanda *d*, & de ſumtibus, atq; expenſis ad decimam eius quantitatis, quæ libello continetur, pulſato reſtituendis *e*, ſi iniuſtè litem moviſſe appareat *f*.

a *in pr. I. h. t. eſt enim inventa ſatisdatio propter fugæ inprimis ſuſpicionem, Marant. de ſatisdat. nu. 2. nam (ut dicitur)* Reorum eſt fugere, *l. properandum §. ſin autem. C. de Iudic.* b *d. Auth. & generaliter* c Das er wolle die ſache zu Recht außführen/ *Chil. Koning. d. lo. nu. 2. Termin. c. 30. §. quia verò compertum Nov. 53. §. Caterum cum ſeq. Nov. 112. Actor verò & tunc litem uſq; ad finem proſequitur, quando ei renunciat l. poſtquam liti. C. de pact. VVorms. t. 10. obſ. 5. lib. 1.* d *§. 1. & ſeq d. Nov. 56. d. Auth libellum C. de lit. conteſt.* e *Schneid. ad §. ſin minus nu. 4. I. de act.* f *Nov. 96. & d. § Caterum. Autor diff. iur. civ. & Saxo. lib. 1. diff. 40. & lib 2. p. 4. diff 2. & hæc in civilibus.* In criminali accuſatione tenetur Actor ad inſcriptionem, *t. t. C. de accuſat. & inſcript.* Wo er fellig würde / ſo wolle er die Peen leiden die der

Beklagte

Beklagte im Rechten hette leiden müſſen / wo er vberwunden were / *Specul. in tit. de Accuſatore §. 1 vers. item quod non rectè. fac. l. 2 C. de fid. inſtr. adde* Lehnrecht / *in c. 68. in pen. col. & lib. 1. art. 69 & art. 1. lib. 2. art. 64. in fin. gl. quod tamen conſuetudo ſuſtulit Coll. Konig. c. 47. nu. 2.*

XLI.

Hinc relinquitur ſeptem eſſe cautiones iudiciales; Veteres tres, Iudicio ſiſti, rem ratam haberi *a*, & Iudicatum ſolvi. Novas quatuor, Calumniæ & litis perſequendæ *b*, litis intra duos menſes conteſtandæ, veniendi in iudicium tempore recitandæ ſententiæ, & extraordinaria *c*.

a *hac & novo more & modo præſtari ſolet, cui ſimilima eſt cautio Saxonum vulgo* Guaranda, die Gewehr / *Gipha de caut. iudic. th. 5.* quæ ſi manu ſtipulata, an dem Gerichtſtab / promiſſa, Landrecht / *lib. 2. art. 15. ubi gl. in lit. B. Koning. c. 8.* ſervata non fuerit, pœna commiſſa eſt, quæ tamen diſtinctionem recipit, Denn in Bürgerlichen Clagen / wenn der Cläger die Gewehr rühret oder bricht / ſo verbüſſet er dem Part auff 30. Schilling. *lib. 2. art. 15. lib. 3. art. 45. §.* Den Schöpffenbaren / vnd wettet dem Richter im Weichbild 8. Schilling / vnd zu Lantrecht 3. Schilling. *lib. 1. art. 62. vid. gl. in art. 14. lib. 3. ſub lit. B.* In peinlichen ſachen aber verleüret er die Hand / *ſi criminaliter, ratione pœnæ contra Actorem actum fuerit, ſecus ſin minus, tum enim ſufficit ſolutio dimidii VVergeldi tex. in d. art. 15. in pr. lib. 2.* Koning. c. 48. *Schneid. ad d. §. ſin minus. nu. 15. de act.* de effectis guarandæ v. Zang. *p. 2. c. 19. num. 24. de except.* b *hac cautio videtur eſſe ipſa vetus iudicio ſiſti. Gipha. th. 4.* c *d.* Novell. *53. in pr. Gipha. th. 8. Cæterum his novis cautionibus hodiè nos rarò utimur, imò multis in locis penè ignorantur. Vant. de nullitat. ex def. proceſſ. n. 46. quare quod uſus, qui ſolus facit artifices, ferat, diligenter eſt advertendum §. ſi verò reus I. h. t. Vnde eſt quod in realib. actionibus cautio de bonis non minuendis exigi poteſt. Specul. hic. §. 2. num. 1.*

XLII.

Et hæc ſi Actor ipſe coram agere velit, ita ſe habent. In procuratore eius illud recipimus, ut, ſi de

 mandato,

mandato ipſius certò conſtet, de rato ſatisdare non compellatur *a*, quæ cautio, mandato (quod vocant) procuratorio, vulgò Eine Volmacht / inſeri ſolet: Quod ſi verò mandatum non habeat, ne cum ſatiſdatione quidem admittatur *b*.

a *l. ſi procuratorem ff. de procur. l. unic. C. h. t. conſ. c. qua de cauſa 1. q. 4. Specul. in tit. de procur. §. ut autem, cavet tamen ſe dominum defenſurum ſi reconveniatur d. l. un. C. h. t. l. ſervum §. ait prætor de procur. alias actio ei denegatur. l. actionem C. de procur. l. mutus §. pæna ff. eod.* b *§. ſin autem I. h. t. l. ſi pupilli §. ult. de negot. geſt. c. 1. ext. de procurat.* niſi perſona ſit reo quarto gradu coniuncta, *l. 35. de procur. l. 1. §. fin. de poſtul.* tum enim ſufficit quod de rato caveat, *l. exigendi C. de procur. l. ſed & hæ d. l. Pomponius ff. eod. Zang. p. 2. c. 7. num. 19.* eoq; caſu coniunctus ad condemnationem coniuncti tenebitur, Als denn muſte er das Vrtheil vnd die Ertheilung dulden / *Bart. in l. 1. C. Qui re. iud. non no. Koning. c. 21. nu. 4.* An & amicus pro amico admittetur? *Neg. arg. l. tutori §. fin. ubi gl. C. de negot. geſt. Diſſ. Cyn. in l. exigendi in 2 q. C. de procurat. quem ſequi videtur Bart. in l. non ſolum §. qui alieno in pr. & §. 1. At bene quæro & revoco ff. de procurat. Malè*, Denn die Rechte nur allein von der verwandtnis des Geblüts vnd der Schwägerſchafft reden / vnnd nicht von ſonderlicher Freundſchafft / At bene Magiſtratus, *gl. in d. §. ſin autem VVorms. d. lo. quia q. Dominus intelligitur, conſ. c. in pertractandis iunct. c. ſeq. ext. de iura. cal. l. 2. §. ſin autem C. eod.* Syndicus, *Vant. de nullitat. ex def. mand. num. 155.* uti & tutor, itemque curator, *ſi ipſi agant. l. qui fundum §. ſi tutor ff. pro emtor. arg. l. actor Rem rat. hab. l. fin. § defenſorem C. de admi. tut. l. vulgo ff. eod. ſin verò procuratorem conſtituant, ratam rem pupillum habiturum cavere debent §. ſin autem I. h. t. v. Pac. in not. ad pr. l. hic.* Quoad maritum, de bonis dotalibus & paraphernalibus ſine mandato uxoris agens, de rato non cavet, *l. fin. de pact. dotal. Gail. 1. obſ. 133. nu. 7.* ſecus in receptitiis, *l. ſi maritus C. de procurat. Gail. d. lo. nu. 5. 6. v. Myns. 3. obſ. 53. conf. Conſtitut. Elector. 15. p. 2. in fin. §. 1.*

XLIII.

Sin autem dubium id eſt, vel mandatum probare *a*, vel

vel fideiuſſorem de rato dare poteſt *b*: Quæ cautio num hodié neceſſario requiratur, non obſtante quod principalis de calumnia juret *c*: Item an in arbitriis *d*, præſtari debeat, ambiguum evadere ſolet; Nos utroq; caſu adfirmantibus accedemus.

a *Azo in ſumm. C. hic Boer. deciſ. 287. num. 11. Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 693. num. 2.* idq; plenum & ſufficiens ut doceat, laborandum ei eſt, alioqui iudex ex officio, ne contingat ad ulteriores actus fruſtratorié procedi, eundem repellet, *per gl. not. in c. 1. de Elect. lib. 6. fac. c. à nobis & c. exceptionem ext. de except. c. ſæpè de appellat. c. decernimus de ſent. excom. lib. 6. Diſſ. Accurſ. in d. §. ſin autem verb. habiturum ubi Angel l. h. t.* An autem procuratori ad probandum tale mandatum dilatio detur? *Neg. Cyn. in 5. q. 1. C. de procurat. Bald. in l. Divus n. 10. de fer. conf. l. ſi quando C. de dilat.* b *l. 1. C. de procur. l. ſi is à quo § 1. ut in poſſeſſ. legat. VVorms. t. 16. obs. 2. Specul. d. lo. §. viſo. 3. Atq; hic procurator, quamvis de rato caverit, ſi dominus tamen id ratum non habuerit*, ad intereſſe *protinus tenetur, fac. l. 1. C. de cred. evict. pignor. non praſt. Myns. cent. 1. obſerv. 75.* c *Auth. Principales iunct. l. 2. §. ſin a. C. de iura. cal. & ratio eſt, quia antequam iuratur, facere quædam procurator poteſt, veluti libellum offerre, litem conteſtari, &c. quæ ſatisdat. deſiderant Specul. d §. viſo 3.* d *Odofr. per l. 1. ff. de Arbitr. Schenck à Taut. in viridar. concl. 65. Diſſ. Azo per l. non diſtinguemus §. penult. d. t. v. Specul. d. lo.*

## XLIV.

Reus conventus actione reali olim ſatiſdabat iudicatũ ſolvi *a*, conventus actione perſonali non ſatisdabat *b*. Hodie neutro caſu ſatisdat: ſed vel ipſe in iudico comparet & tum ſatisdat ſe certa die ſe ſtiturum *c*, &uſq; ad finem litis permanſurum, idq; commiſſus ſuæ promiſsioni cum iureiurando *d*, vel pro qualitate perſonæ modo alio *e*. Aut per procuratorem defenditur, quo caſu, ſi ipſe Reus in iudicium veniens perſonam procuratoris ſui, ſub ſufficienti bonorum ſuorum hypotheca *f*. legitimaverit, ad defenſionem deſcendere non impeditur *g*.

a *In pr. I. h. t. l. 8. Iudic. ſolv. l. 2. de prætor. ſtipul.* b *d. pr. I.*

*hic l. 19. §. 1 de noxal. act. l. 18. de interrog. iniur. fac.* c *l. SCto 16 de offic. præſid.* ᶜ *c. induciæ 3. q. 3. §. offeratur.* Er wolle zu recht ſtehen/ oder ſich zu recht ſtellen/ *Oldendorp. claſſ. 1. act. 6. in prin.* De iure Saxonico Reus ad nullam omninò cautionem obſtringitur, ſed, ſi ſuſpectus eſt, arreſtum ei indicitur. *VVeſ. num. 6. h. t.* d *§. ſed hodiè l. h. t. d. Nov. 53.* e *propter dignitatem, vel obſequium, quia parens vel patronus d. §. ſed hodiè ubi Dd.* f *Speculat. §. expedito. & ſic practicatur Marant. d. lo. n. 11. Koning. c. 12 num 3.* g *§. ſi verò l. eod. l. Qui proprio §. qui alium ff. de procur. Nov. 88. nec revocatur tale mandatum, etſi lis conteſtata nondum ſit, quum enim dominus ſatisdederit, res amplius eſſe integra dici nequit. Quomodo verò ad exonerandum procedatur. vid. apud Mynſing. 5. obſ. 44. Gail. 1. obſer. 46. & 74. Vulte. c. 30. num. 43. & ſeqq. & hoc in bene conſtitutis iudiciis obſervatur; quanquam olim ſecus erat l. ante litem cum ſeqq. ff. de procurat.*

## XLV.

Quod ſi verò Reus abfuerit, ſatisdationem iudicatum ſolvi *a*, pro litis æſtimatione *b*, procurator præſtabit *c*, dato fideiuſſore *d*, eoq; locuplete *e*.

a *Quæ tres continet clauſulas*, de re iudicata, de re defendenda & de dolo malo. *l. 6. Iudic. ſol. Cuiac. 10. obſ. c. 29.* b *l. 3. h. t.* Quod ſi verò debitum per inficiationem rei crevit, an de eo fideiuſſor teneatur gloſſa (*in d. l. 3.*) dubium fecit? *Neg. Bart. ibid.* c *l. de die §. ſi ſervus h. t.* Landrecht *lib. 1. art 61. ibi* Bürgen mus er aber, *&c. ubi quæritur*, An procurator ex hac cautione ſuo nomine obligetur? Et quandoquidem ipſe ſatisdedit, obligari eum rationis eſt *l. ſi procurator 28. in fin. de procur.* d *l. 1. h. t. etiamſi procurator locupletiſſimus ſit l. qui rem alienam 166. de R. I. Vulte. 2. cap. 30. Quod in terris Electoris Saxoniæ fallit. Ibi namq; qui immobilia poſſidet ad ulteriorem ſatisdat. non compellitur Conſtit. 5.* Vom Vorſtande/ *part. 1. vers.* Und dergleichen. e *l. fideiuſſor in princ. h. t.* Hic verò fideiuſſor num liberetur appellatione interpoſita elegans eſt quæſtio? & verius putamus eum non liberari, *l. græcè §. & poſt litem ff. de fideiuſſ.* niſi ſtipulatio in certam iudicis perſonam concepta ſit. *l. penult. Iudic. ſolv. Molina in Labyrinth. divid. & individ. ſtipul. p. 2.*

Locu-

XLVI.

Locuples autem intelligitur non tantum ex facultatibus *a*, verum etiam ex conveniendi facilitate *b*. Vbi notabimus, Fideiuſſorem ab Aribitro ad id conſtituto probatum, pro locuplete habendum eſſe, qui ſi in alterutram partem iniquum arbitrium dixiſſe arguatur, perinde ab eo, atq; à Iudicibus appellare licet *c*.

a *pro rei ſcil qualitate & quantitate l. quos nos hoſtes* 234. §. 1. *de V.S. tenetur enim ad verum intereſſe Franc. in tr. de fideiuſſ. c.* 3 *nu.* 77. *Bronch. cent.* 2. *aſſert.* 91. *niſi ad certam quantitatem ſe obſtrinxerit Bart. in d. l.* 2. §. *in fideiuſſorem h.t. Coraſ.* 2. *Miſc.* 2. *Lenior. de eo quod intereſt. axio.* 10. b ne fori præſcriptione gaudeat, *l. ſi fideiuſſor.* 7. *h.t.* cui tamen renunciare poteſt *d. l.* 7. *& l.* 29. *C. de pact.* non verò in præiudicium alterius, *Gail.* 1. *obſ.* 40. Vtique ad hanc renunciat. nuda conventio extraiudicialis ne quidem iure Canonico ſufficit, *Diſſ. Alex. in l.* 11. *de iuriſd. num.* 18. *Pragmaticum rixoſum & rimarum plenum pro idoneo fideiuſſore non agnoſcimus Bart. in l.* 2. *h.t. pro quo fac. l.* 2. *de alie. iudic. mut. cauſ. fact.* c *l. arbitro* 9. *h.t. Iaſ. in l. nemo poteſt. de leg.* 1. *in lect.* 2. *nu.* 67. *fol.* 90. *& hoc de delegato accipe*, *à quo* delegans *appellari ſolet. l. ult. ff. à quib. appell. non lic. iunct. c. ſi à ſubdelegato de offic. deleg. in* 6. *l* 1. *& ult. ff. Quis & a quo &c. conf l. ſi ab arbitro* 10. *h.t.* (*de qua lege, eiusq; vera interpretatione vid. Duar. hic. c* 1.) *Mynſing.* 4. *obſ.* 69. *Sichar. ad l. apertiſſ. in fin.* C. *de iudic. non de eo qui electus eſt* partium *voluntate l.* 1. *C. de arbit. l. ſocietatem* §. *arbitrorum pro ſocio Bronchorſt. cent.* 1. *q.* 42. *Schenck. in virid. concl* 40. *dict.* 5 *diſput.* 1. *th.* 19. *ſub lit. b.*

XLVII.

Quod ſi verò actor voluntate ſua fideiuſſorem acceperit, contentus eſſe, nec amplius quæri debet *a*, niſi forſan medio tempore fideiuſſor idoneus in inſignem calamitatem & inopiam magnam inciderit, atq; adeò minimè idoneus effectus ſit, tum enim cauſa cognita ex integro ſatisdandum erit *b*. Quod hactenus verum eſt, quoad prætorias ſtipulationes, quæ officio iudicis

interponantur *c*. Planè quando ex promiſſo quis ſatisdare tenetur, ni fideiuſſor deceſſerit, aut etiam rem omnem familiarem inopinato fortunæ impetu amiſerit, periculum ſubſecutæ inopiæ ad creditorem pertinere magis eſt *d*.

a *l. 3. de R. I Cuiac. 6. obs. 39. & 15. obs. 23. Mercat. 1. notat. 30.* b *Petr. Gregor. ſyntag. iur. un. lib. 48. c. 4. num. 9.* c *ubi ſemper ſubeſt æquitas quæ iudicem compellit, ut faciat hanc emortuam cautionem reſuſcitari. Bart. in l. prætoria de prætor. ſtipul. maximè, cum quæ de novo emergunt, novo auxilio indigeant Bart. & gl. in d. l. ſi ab arbitro h. t.* d *l. pupilli §. ſoror ff. de ſolut. Bart. in l. 3. de fideiuſſ. Alex. in d. l. ſi ab arbitro. conſ. l ſi is à quo §. fin. cod. l. planè ff. ut in poſſeſſ. legat. Brechæ. ad l. habere 188. §. 1. de V. S.*

XLVIII.

Vtiq; qui locupletem & idoneum fideiuſſorem recuſavit, ſicuti actione iniuriarum tenetur, 50. aureorum iudicio in eum competente *a*, ita viciſsim non idoneum puta mulierem *b*, minorem 25. annis *c*, ſervuum *d*, militem *e*, Clericum *f*, ſcholarem *g*, fiſcum *h*, & ſimiles liberé recuſat, niſi in rem ſuam fideiubeant *i*, aut neceſſariæ perſonæ, veluti parentes, patroni patronæve *k*, eorumq; liberi aut parentes, uxor vel nurus *l*, in ius vocentur, quo caſu qualiſcunq; fideiuſſor, h. e. etiam non dives acceptandus eſt.

a *l. 2. in ius voc. ut eant. Robert. 3. ſent. c. 1. non enim vulgaris iniuria eſt, duci in ius eum, qui ſatis idoneum fideiuſſorem pro rei qualitate dedit. Anto. Auguſtin. 2. emend. c. 1.* b *d. l. de die §. 1. h. t. t. ad SCtum. Velleia. Anto. Queſada. 1. quaſt. iur. c. 14.* c *d. § 1. VVeſ. in parat. n. 7. pro procuratore ſuo fideiubens hic obligatur. Angel. Fulgos. & Paul. de Caſtr. in d. l. de die ſequitur. Ludov. Ro. & Iaſ. ibid.* d *d. l. de die.* e *l. milites 31. C. locati.* f *Bart. in l. 2. h. t.* g *Sichard. in Auth. Offeratur nu. 17. C. de lit. conteſt.* h *Afflict. deciſ. Neapol. 88.* i *arg. d. l. 2. §. 2.* k à quo tandem conveniantur, *l. 2. in ius voc. & c. arg. l. Octav. unde cognati. l. de tutela C. de reſtit. in integr. Coſtal. ad l. 1. in ius voc. Diſſ. Coras. 4 miſc. 10.*
l Ergo & nurus coniunctis perſonis annumeratur, & ſic affines; quod ad ſtatuta & leges in quibus coniunctorum mentio

mentio fit trahimus, *arg. l. Pomponius §. ult. de procurat.* Sie ſtehen in rechter Linea niderwarts oder auffwarts oder ſeithalben biß in das zehende glied / ja auch Schwäger / *ut hic Innoc. in c. nonnull: ext. de reſcript. conf. Menoch. lib. 2. cent. 2. caſ. 152. n. 5.*

XLIX.

Sunt & qui nullum fideiuſſorem dare compelluntur: Atq; hi vel nudæ promiſsioni relinquuntur *a*, Vel iuratò promittunt. Sub priorem claſſem referimus immobilium poſſeſſores *b* fiſcum, civitatem *c*, adeoq; Clericum *d*. An & eum qui multa & pretioſa mobilia poſsidet, Der viel bewegliche Güter beſitzt / die leichtlich nicht mögen verborgen oder entfrembdet werden? quod tentabimus *e*.

a *l. 15. & ſeq h. t. & hoc intellige de cautione iudicio ſiſti non etiam reliquis l. minor in fin. de procurat. Ias. in d. l. 15. conſ. l. & generaliter C. de Epiſc. & Cler. quoties enim* fideiuſsio & cautio, *requiritur, illa tum non remittitur, etiamſi is qui ſatisdare debet, manifeſtè locuples ſit d. l. minor cum ſeqq. de procur l. 1 §. magiſtratibus de magiſtr. conv. Coſtal. ad d. l. 15 conſ. l. 1. in pr. ut legat. nocav.* b *d. l. ſciendum dummodo quantitatem in iudicium deductam equent, arg. l. 1. in ius voc. v. Specul. §. 2. quem ſeq. Myns. ad §. ſed hodiè num. 7. Gipha th. 16 ubi & in his iuratoriam cautionem requirunt, Cuiac. 2. obſer. 22. in Nov. 53. & in not. ad §. 1. ſed hodiè, Contrarium firmat praxis. Bart. Caſtr. in d. l. ſciendum Fab. d. §. ſed hodiè n. 6.* item referimus eò, nudum proprietarium, Emphyteutam, maritum & uxorem quoad fundum dotalem: non autem uſufructuarium, aut creditorem pigneratitium *Gipha. th. 18.* nec filium, quaſi poſſeſsio patris ipſi prodeſſe debeat, *cum enim multa accidere poſsint, ne ſucceſsio patris ad filium pertineat, arg. l. naturalem §. 1. de acquir. rer. dom. Spes iſta ſucceſsionis attendi non debet l. poſt emancipationem §. 1. de liberat. legat. Diſſ. Petr. per l. in ſuis ff. de lib. & poſth.* De iure Saxonico Actor tantum ad 24. Schockios vel 20. Ioachimicos cavet, vel etiam prorſus relevatur, ſi ſub Iudice, coram quo litigatur, tantum poſsideat, quantum VVergeldo æſtimari poreſt. *VVes. in ſuppl. Schneid. hic num. 11. quod tamen hodiè ex ſtylo curiarum non obſervatur*

Kening.

*Koning.c.46.n.2.* c *l.1.§.11. ſi ad fiſcum &c. l. 6. ff. ut legat. no.cav.* d *l.cum Clericis l omnes C.de Epiſc. & Cler.* e *arg. l. 3. & l.vinum ff.de vin.tritic.& ol leg.l.lex quæ C.de admin.tut.l.ſi locuples 57. de manumiſſ.teſta.VVorm 1.obs.t.10.obſ.* f *Bart.in d.l. ſciendum nu 4.* Idem ſtatuimus in eo, qui annuos reditus habet, *arg.l.iubemus C.de SS. Eccles. dummodo non ſimpliciter, actione perſonali eidem debeantur l.fin.§.fin.de contrah.emt. Bart. d.lo.num.10.*

L.

Poſteriori aſſcribimus viros illuſtres *a*, Memoriales *b*, Principes agentium in rebus *c*, & tandem illos, qui per inopiam præſtare aliam cautionem nequeunt *d*.

a *l. quoties C. de dignit.* b *l. in ſacris C. de prox. ſacror. ſcrinior.* c *l.ult.C.de princip.agent.in reb.Bart.in d. l. quoties.* d *§.neceſſarium in Auth.ut nulli Iudic.l.ult.ubi Dd.h.t.& in l.4.C.de uſufr.Gail.1.obſ.148.nu.6 Coler.p.3.c.11.num.94. Marſ.in repetit.rubr.* fideiuſſoribus *num.166.& ſeq. v.Clar.5 pract.crimin.§.fin.num.14.q.46.& eſt ratio, ne lex videatur reum ad impoßibilia cogere. Saxones dicunt* Einen geſchwornen elenden Eyd / welcher auch in peinlichen Sachen ſtat hat. *Konig.d.lo.etiam quoad Actorem Myns.2.cent.obs.11.* Quomodo verò probetur, quod reus fideiuſſorem invenire nequeat. *vid. gl.in l.1.verb.fideiuſſor.h.t.communiter approbat.ut teſtatur Socin. cons.79 col.2.vers.tertio confirmatur lib.2 ſeq. Cotta. in memor. vers.iuramentum probat.circ pr.*

LI.

Satisdatur eo loci, ubi quis convenitur *a*: Quod ſi autem extrarius habitator, vel alius, eo in loco in quo tenetur prædibus cavere, id præſtare nequeat, an in locum originis & proprii domicilii dimittendus ſit? Et ſi quidem neceſſaria eſt cautio, (veluti uſufructuaria, rem pupilli ſalvam fore &c.) ſi in alia eiusdem provinciæ civitate ſatiſdare paratus eſt, prævio iuramento calumniæ *b*, illum audiendum eſſe cum Vlpiano Paulus reſpondit *c*.

a *l. 7. §. 1. h. t.Gomez.var.reſol.tom. 2. c.13.num.6.* b *quod tamen parentibus & patronis remittitur l. de die §. iubet. h. t.*

& hôc

& hoc, quoad ſatiſdat. nihil verius eſt, An idem in delatione iuriſiurandi obtineat, non facilè expedieris. Affir. *l. ſi patronus* 16. *ff. de iureiur.* Neg. *l. Iusiurandum* 34. §. 4. *verſ. & hoc iusiurandum eod. Doctiſſimus ICtus ex Græcis affirmativè ibi legendum putat; Verum cum correctiones vitandæ ſint. vulg. l. præcipimus C. de appellat. nos retenta lectione Florentina textus hos aliter conciliari poſſe oſtendemus.* c *in l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. h. t. l. de die §. tutor. Quod ſi verò voluntaria eſt, cuiusmodi eſt de rato, reum minimè alium in locum dimittendum eſſe tuebimur. v. gl. in Auth. de exhib. reor. §. ſuſcepta. neq; enim meretur, qui ipſe ſibi ſatiſdationis neceſſitatem impoſuit. Quod ipſum in Curiis* Hoffgerichten *ita obtinet. VVes. in comple. ad Schneid. hic n.* 14.

LII.

Fit autem ſatisdatio non tantum in civilibus, verum etiam in criminalibus, in quibus ad pecuniam agitur *a*, non etiam ad pœnam corporalem *b*, aliquando tamen & poſteriori caſu reum ſub fideiuſſoribus relaxandum eſſe, Dd. non infimæ notæ exiſtimant *c*.

a *l. 3. de cuſtod. reor. Iaſ. in l. 5. §. qui pro qualitate h. t.* b *Bart. in l. 1. de cuſtod reor. d. l. 3. Iul. Clar. 5 ſent. §. fin. q. 46. n. 7. Soarez. in theſaur. comm. opin. lit. F. n. 145. Covarr 2. var. reſolut. c. 8 n. 8.* & hæc eſt communis, quæ tamen expreſsis legum textibus haud difficulter refutari poſſet. *d. l. 1. ibi fideiuſſor. committenda. l. 2. ibi. ſatisdato promittatur l. eos §. ſuper his & l. minimè 12. C. de appellat.* Etſi ſequenda omninò ſit in iudicio, niſi conſuetudo contrarium doceat. c *Alex. in c. quisquis 2. q. 8. conſ. Gomez. c. 9 delict. n. 8. Clar. d. lo. idq; tũ potiſſimum, quando crimen nondum evidenter probatum eſt text. cum gl. in c. cum homo 23. q. 5. Schneid. ad §. in omnibus num. 8. I. de fideiuſſ. aliàs quando delictum eſt notorium* Wenn der Vbeltheter auff handhaffter that begrieffen wird / *fideiuſſores nil proſunt* Landrecht *lib. 2. art. 9. in text. & art. 35 in gl. 1. & art 66. lib. 1. & art. 9. in gl. ibi* Gehet aber / *lib. 3. &* Weichbild *art. 117. in gl. fin. Koning. d. c. 47. in fin. v. de hac quæſt. egregie diſputantem Menoch. de arbitr. Iudic. qq. lib. 2. caſ. 303. Clar. d. lo. Hic notanda eſt cautio quam de non ulſciſcendo præſtant dimiſſi ex carcere* Vrphed *de qua Treutl. diſp. 5. th. 6. circ. fin. v. gl. ad art. 1. lib. 1.* Landrecht *n. 7. fol.*

36. col.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241991-p0035-7

36.col.3.quæ dicit: Ohrneid oder Vrfridd iſt ſo viel als Eydt/der vber den Frieden geſchworen iſt / &c.

LIII.

Effectus ſatisdationis eſt, quod videatur in Iudicem conſentire, qui eam petit *a*, & in ius trahi nequeat aut carceri includi, illam qui obtulit *b*, quem, etſi procurator ſit, domini nihilominus loco conſtituit *c*. Tandem, ut quis ad ſtatutum diem comparére neceſſe habeat *d*, à qua tamen neceſsitate impedimentum excuſat *e*, quod arbitrio iudicis cognoſcendum relinquimus *f*.

a *l. ſed etſi 52. de iudic. Ias. in l. ſi convenerit num. 32. & ſeq. de iuriſdict. VVeſ. in d. comple. ad Schneid. num. 16. hic & in parat. C. nu. 13.* b *l. ſi vero 5. §. 1. eod. VVes. d. n. 16.* c *l. Titius 26 de procurat.* d *tot. tit. ſi quis caut. iud. ſiſt. &c.* e *c. ex ratione de appellat.* f *arg. l. non omnes §. à Barba[illegible] de re milit. Guido. Papa deciſ. Gration. q. 64. Panor. & qui illum ſ[illegible] in d. c. ex ratione 4. col. conſ. Coſtal. ad d. l. 2. §. ſi quis h. t.*

LIV.

Deniq; eum, qui ex conceſſa & legitima cauſa ſatisdationem iureiurando præſtitam deſeruerit, peieraſſe non videri *a*, Imò principem iuriſiurandi gratiam facere poſſe *b*, numerum quæ claudant aſſertiones ſunto.

a *l. fin. h. t. l. 30. de nov. oper. nunc. l. ult. C. de non num. pec. v. l. adigere §. fin. de iur. patr. l. quod meo §. ſi furioſo de acquir. poſſeſſ.* b *l. Imperatores 38. ff. ad Municipal. non obſtante. quod Canonica dicitur c. per veſtras vers. cum ergo ext. de donat. int. vir. & uxor. Auth. ut nulli iudic. lic. hab. loc. conſer. §. ſi verò crimen, unde eius gratiam ſecularem minimè facere poſſe videri queat c. per venerabilem vers. idem & c. de elect. &c.*

HENRI-

# HENRICO RICHELMIO, HENRICI (p. m.) ICTI FILIO, PATRITIO GOTTINGENSI, AMICO SVO SINGVLARI

*GRATVLATVR*

IOHANNES KRATZ MARCHICVS.

Τοιοῦτον πατρὸς δεῖ γνήσιον ἔσεσθαι
ἠὸν, κ᾽ ὃν γίνεται θείου ἀγαυολάτου.
οὔνομ᾽ ἔχεις, παράσημα φέρεις, τάχυν, ἐκκαλέροιο
οἱ στεφάνοι ἀρετῆς τέρματα πάντα μιμῇ.
ὡς ἐφιστῆθι, γε δὴ θείῳ καὶ πατρὶ ὅμοιος
ἔσσεαι, ἠνορέης ἆθλα ἄριστα φέρων.

*ALIVD.*

HEINRICVS RICHELMIVS GOETTINGENSIS,

Μεταγραμματιζόμενος

HIC GEMINVS LENIS NESTOR; IVS GERIT HIC.

*IVſtinianeæ tradunt quodcunq; rubricæ,*
*Henricus alto condidit (phiſma,*
*Pectore; quod præſens tibi lux probat. Ecce ſo-*
*Nodum ecce ſolvit Gordium!*
*Quam fuerat Neſtor, tam lenes atq; ſagaces*
*Optabat Atrides decem.*

HIC GEMINVS LENIS NESTOR *moderabitur olim*
*Vicis & aulis principum.*
*Atlas erat paßim celebris, ſublimis Olympum*
*Cum baiularet vertice.*
IVS GERIT HIC, *placidâ gentes quod pace gubernat.*
*Eſt ergo metris dignus.*
*Semper honos, nomenq́; eius, laudesq́; manebunt*
*In ore Doctorum omnium.*
*Semper eum Muſæ, ſemper celebrabit Apollo,*
*Mel ſemper illi eſt ſub labris.*

MICHAEL PHARETRATVS ſcr.

*FINIS.*

99 A 6904

ULB Halle 3
004 976 38X

TA 7 OL

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241991-p0039-2



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241991-p0040-3

46

DISPVTATIONVM
PROCESSVS IVDICIARII
QVARTA

# DE FERIIS, DILATIONIBVS, EXCEPTIONIBVS ET SATISDATIONIBVS.

*QVAM*

*Ex iur. Civ. Cano. Feudal Saxo. Ordin. Cam. Imp. ac receptis in foro opinionibus deſumptam,*

ET

Divino & affulgente Numine

SVB PRÆSIDIO

*Nobiliſsimi & Ampliſsimi Viri,*

Dn. ARNOLDI DE REYGER IC. clariſs. & in florentiſsima Academia Salana P. P. P.

*Publicè à ſe exhibitam, propugnabit*

HENRICVS RICHELMIVS
Gottingenſis Saxo.

*Ad IV. Kalend. Auguſt. horis matutin.*

IENÆ
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
ANNO cIↄ Iↄ XCV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-241991-p0041-9